



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R.P. Leonardii Lessii E Societate Iesv Theologi. In D.
Thomam De Beatitudine. De Actibus Hvmanis. De
Incarnatione Verbi. De Sacramentis Et Censbris.
Prælectiones Theologicæ Posthvmæ**

Lessius, Leonardus

Lovanii, 1645

Qvæstio XXIII. De Adoptione Christi. In quatuor Articulos diuisa.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72898](#)

Q V A E S T I O X X I I I.

De Adoptione Christi.

In Quatuor Articulos divisa.

ARTICVLVS I. II. & IIII.

Vtrum Trinitati conueniat
adoptare rationalem
Creaturam?

¹
Quid
Adoptio;

²
Et quae ad
eum neco-
fornia.

Arrogatio.

³
Institutio
creature
ex simili-
tudine, si
situr Ado-
ptio.

⁴
Adoptio
spiritualis
perfectionis
quam hu-
mana.

Respondetur affirmatiue. Notandum est, *Adoptare aliquem in Filium iure humano* (per quod *adoptione* est *introducta*) nihil esse aliud, quam liberaliter personam extra-neam acceptare in Filium, & dare ius ad hereditatem. Vnde requirit tres conditiones. Prima est, *Ut persona; que adoptatur, sit extranea*; id est, non sit ita coniuncta naturaliter ipsi *adoptanti*, vt per se ius habeat ad hereditatem: talis est omnis, qui non est naturaliter Filius. Secunda, *ut gratis, & libera-*liter illi conferatur hoc ius: si enim detur titulo oneroso, non erit *adoptione*, sed *venditio*, *permutatio*, vel *similis contractus*. Tertia, Requiritur *consen-*sus *personae, que adoptatur*: quia nemo subdit alteri nisi volens, præterquam in pñam; qua lo-cum non habet in adoptione, vt que magnum sit beneficium. Et quidem, si is, qui *adoptatur*, sit *sui juris*; solum per se debet contentire; diciturque tunc *Arrogatio*: si autem non sit *sui juris*, requiritur etiam *consensus Principis, vel Parentis, vel Tutoris &c.* & hæc dicitur *specialiter Adoptio*. Colliguntur hæc ex l. 1. & 2. fl. de Adoptionibus, & institutis, eodem titulo.

Ad huius similitudinem, iustificatio cuiuscumque nuda creature sive Angeli, sive hominis; dicta est *Adoptione*. Ad Rom. 8. v. 15. Accepisti spiritum adoptionis Filiorum. Ad Eph. 1. v. 5. Quos præ-destinatus es in adoptionem filiorum. Ad Gal. 4. v. 5. Vt adoptionem filiorum accepimus. Ioan. 1. v. 13. vocatur Natiuitas ex Deo. Ob hanc caussam in Scripturis Angeli sèpè dicuntur *Filius Dei*. Iob. 2. & 38. Nec obstat: quod Chrysostomus hom. 22. in Genesim dicat in Scripturis nusquam vocari Angelos Filios Dei; quia intelligi debet de editione Septuaginta: vbi enim Hebreus & Vulgata editio habet *Filius Dei*; Septuaginta verterunt *Angeli Dei*: idque propter Ethnicos, ne existimarent Deum habere filios, sicut ipsi putabant de Ioue, & de suis Diis. Ratio autem, cur *Institutione* dicitur *Adoptione*; est, quia per iustificationem gratis tribuitur creature ius ad beatitudinem; qua beatitudo est hereditas Dei; nam per illam & ipse diues est, & alios etiam diuites facit. Vnde hæc *Adoptione* perfectius & magis propriè est *Adoptione* quam humana: Nam humana *Adoptione* nullam intrinsecam perfectionem communicat Filiῳ *adoptione*, sed solum ius quoddam morale & veluti extrinsecam denominationem. *Adoptione* verò quā Deus adoptat aliquos sibi in Filios, tribuit intrinsecam perfectionē, quā spiritualiter regenerentur, hancque consortes diuina natura, 2 Pet. 1. v. 4. atq; adeò efficiuntur *Filius Dei*. 1. Ioa. 3. v. 1. Dices; ad rationem *Adoptionis* pertinet, vt

Filius non habeat hereditatem, nisi Patre illam deserente per mortem: ergo &c. Respondeo, hoc solum pertinet ad *humanaam Adoptionem*; idque non ex communi ratione *Adoptionis*, sed ex imperfectione bonorum temporalium, quæ à duobus possideri simul nequeunt; vt recte D. Thomas a. 1. ad 3.

Ex his patet Primo; *Adoptare* esse opus totius Trinitatis; quatenus est hic Deus: Sicut enim omne opus ad extra communem est toti Trinitati, ab eaq; proficiscitur vt est unus Deus; ita & *Institutio*, quæ re ipsa non differt ab *Adoptione*. Nec obstat, quod Filius & Spiritus sanctus non possint generare: ac proinde non videantur, posse *adoptare*; quia etiam iure ciuili possunt *adoptare*, qui tamen non possunt generare: vt patet ex locis citatis. Deinde, quia Filius & Spiritus sanctus habent eandem numero naturam, quæ in Patre est focunda, licet non quatenus in ipsi.

Pater Secundo; *Solius creature rationalis esse adoptari in Filium Dei*: quia haec sola est capax illius hereditatis. Nec obstat: quod Deus dicitur interdum *Pater peccatorum*, vt Isaiae 63. v. 16. Tu creature Domine Pater noster: & alibi. Item reliquarum creaturarum: Iob. 38. v. 28. *Quis est pluviæ pater?* quia hoc tantum metaphoricè intelligendum. Dicitur enim *Pater irrationalium*, quatenus est auctor eorum: *Peccatorum autem pater dicitur*, quia est benefactor illorum, mansuetè & paternè cum illic agens. Pari modo metaphoricè *peccatores & creature irrationalies*, dicuntur *Filiij Dei*.

Pater Tertiō; *Omnem puram creaturam rationalem, sive Angelicam, sive humanam; sive veteris testamenti, sive noui; sive prædestinata sit, sive reproba, modò sit iusta, pro illo tempore quo iusta, esse Filium Dei adoptionem*. Vnde vitanda est quod in gratia, non esse Filium adoptionem: Omnis enim iustus in Scripturis dicitur *Filius Dei*. Fundamentum enim filiationis non est prædestinatione, vt pote que sit in Deo, non in ipso homine; sed est participatio divina naturæ per iustitiam. Aduerte tamen, Adoptionem in Veteri testamento non fuisse tam perfectam, quam in novo: tum quia non exibebat è statu seruili, in quo sancti illius temporis erant ratione legis; vt patet ad Gal. 4. tum quia non dabat ius audeundæ hereditatis, nisi soluto prelio nostræ redēptionis. Nostra quoq; *Adoptione* imperfecta est respectu eius, quia in gloria est; vt patet ad Roman. c. 8. v. 23. *Adoptionem Filiorum expectantes resurrectionem corporis nostri*.

ARTICVLVS IV.

Vtrum Christus, ut homo, sit Filius Dei *Adoptionis*?

Respondetur; Christus absolute est *Filius Dei naturalis*, & non *Adoptionis*.

Notandum.

Christus secundum propriam naturam non est Adoptivus, sed naturalis Filius Dei.

Notandum est Primo; Certum est, Christum secundum propriam naturam non esse Filium Dei adoptum; ut quidam Ariani docerunt, sed naturalem. Quomodo videntur intelligenda quædam testimonia Patrum: Ambrosij lib. 1. de fide cap. 9. Per adoptionem nos Filii dicimus, ille per naturæ veritatem est; quomodo ergo est ex nihilo, qui ex nihilo fecit omnia? & lib. de Dominicæ Incarnationis Sacramento cap. 8. In vñ nostro est adoptivus Filius, & verus Filius. Adoptivum Filium non diciamus Filium esse naturæ; sed eum dicimus naturam esse, qui verus est Filius, Simili modo intelligendum testimonium Hieronymi in 1. caput ad Ephef. & Hilarij lib. 3. de Trinit. apud Magistrum dist. 10. & Bedæ in cap. 7. Ioan. in illa verba: Nemo tanen palam loquebatur de eo.

Ind. & secundum humanam naturam verò est & dicitur Filius Dei.

Notandum Secundo; Christum secundum humanam naturam vere dici & esse Filium Dei. Ad Hebr. 1. v. 2. Nonissime diebus istis locutus est nobis in Filio, quem constituit heredem viuensorum. Atqui secundum naturam diuinam non est constitutus heres: ergo secundum naturam humanam: ergo secundum hanc est Filius Dei. Ad Rom. 8. v. 29. dicitur primogenitus in multis fratribus; quod tantum secundum humanam naturam verum est.

Sed tota difficultas est: Vtrum, quatenus homo, sit Filius adoptivus, an naturalis? Durandus in 3. dist. 4. q. 1. sentit Christum, vt hominem, dicendum esse Filium adoptuum. Idem probabile putat Scotus dist. 10. Alij hoc negant: admittunt tamen, ipsam naturam humanam posse dici adoptatum.

Christus, ut homo, nec est, nec potest dici Filius Dei Adoptivus.

Respondendū est, Christus, qua homo, nec est, nec potest dici Filius Dei Adoptivus. Ita D. Tho. h̄c, & infrā q. 32. a. 3. Magister in 3. dist. 10. vbi Albertus, Bonaventura, Thomas Argent, Paludanus, & cū communis hoc tempore. Et videtur omnino definita in Conc. Francfurdiensi tempore Caroli Magni, cui interfuerunt trecenti Episcopi, & Legati Adriani Papæ: quod fuit congregatum opera Caroli Magni contra Felicem Episcopum Vrgelitanum, & Elipanum Toletanum Archiepiscopum. Item videtur definita in epistola Adriani Papa ad Episcopos Hispaniæ. Habentur hēc in tertio tomo Conciliorum. Nam in hoc Concilio, & Epistola Adriani definitur, Christum non esse vlo modo Filium adoptivum; & ex multis locis constat illos loqui de Christo secundum humanam naturam: vt benè probat Gabriel yaquez tract. de Adoptione Christi.

Probatur Primo; Quia etiam si Christus loquatur de seipso secundum humanitatem, & de alijs simili, numquam tamē Deum vocat Patrem nostrum, sed propriè suum, Ioan. 20. v. 17. Ascendo ad Patrem meum, & Patrem vestrum, Deum meum & Deum vestrum. Apertè insinuans, aliter esse Patrem suum, aliter nostrum. Quod autem de se secundum humanitatem loquatur, patet ex illo, Deum meum, & Deum vestrum. Ita Adrianus. Secundo, Ad Rom. 8. v. 32. Qui proprio Filio suo non peperit, sed pro nobis omnibus tradidit illum. Si proprius, ergo non adoptivus. Eſſe autem sermonem de Christo secundum naturam humanam, colligitur ex illis verbis, Pro nobis omnibus tradidit illum: traditus enim est non secundum diuinitatem, sed humanitatem.

Quousque concant quada m Scriptura, Christum non est. Tertiō: Matth. 16. v. 17. Tu es Christus Filius Dei Ium adop- tivus, sed naturam.

At Tertiō: Matth. 16. v. 17. Tu es Christus Filius Dei Ium adop- tivus. At si quis bene expendat haec, & alia testimonia, nihil conuincunt aliud, quam hunc hominem.

nam, seu Christum absolute esse Filium Dei naturalem per communicationem idiomatum, & non esse adoptivum distinctum à naturali.

Verū nullo modo posse dici Adoptivum secundum humanam naturam:

Probatur Primo, Ratione D. Thomæ; filatio est proprietas persona: ergo nihil dicitur *Filius Ratio que- dam D. Th. minus est.* adoptivus, nisi persona. At persona Christi est *Filius naturalis*: ergo non per adoptionem. Prob. consequentia: Quia idem non potest dici per se tale, & per participationem. Verū hæc ratio non est omnino firma; quia secundum diuersas naturas id nihil vetat: sic enim Christus est beatus per essentiam, & per participationem est Filius Dei, & Filius Virginis. Vnde

Probatur Secundo; De ratione adoptionis est, vt *Alia Ratio, cur Chris- persona extranea liberaliter acceptetur in Filium, eique sūs non detur ius ad hereditatem.* Atqui Christus non est *sit Filius persona extranea*; nam naturaliter est coniunctus *Dei adopti- us, quia* Deo, & habet ius ad cœlestem hereditatem: ergo *nihil, quia* nullo modo conuenit ei *adoptio.* Confirmatur, *Per Persona Quia huic personæ nulla facta est liberalitas; quod extranea tamen includitur in ratione adoptionis, &c.* *Deo.*

Dices; Natura humana, in qua Christus subsistit, secundum se est extranea Deo: ergo Christus, vt homo, est persona extranea: ergo potest adoptari.

Respondeo, Negando Consequentiam: Etsi enim natura secundum se sit extranea; tamen, hoc subsistens in hac natura non est extraneum; neque secundum se, cū sit Filius Dei per essentiā; neque ratione natura vnitæ, quia hæc vno facit *vt na- tura humana sit natura Filii Dei.*

Dices, Saltem natura humana erit adoptata; *An saltem possit dici natura* nam secundum se est extranea.

Respondeo: Gabriel admittit, sed absolute *humana adoptata,* negandum est: nam exp̄s̄ in codem Concilio rejecit. Ratio est, Quia naturæ non est adoptari, sed persona. Ita D. Thomas. Verū hæc ratio non videtur omnino sufficiens; quia anima nostra non impropriè dicitur *adoptari*, & esse *Filia Dei*: quamvis enim propriissime conueniat personæ, tamen etiam non impropriè conuenit naturæ: nam natura etiam ius habet ad cœlestem hereditatem. Vnde nec Concilium, nec Adrianus hanc causam adferunt.

Vera igitur Ratio est: Quia id, quod *adoptatur*, *vera ratio, cur natura ita est extraneum*; vt etiam post *adoptionem* recipia *humana in Christo sumptionem*, non manet recipia *extranea Deo*, sed *non posse substantialiter vniata*: ergo ipsa non potest *adop- tata in Christo.*

Maior probatur; Quia de ratione adoptionis est, *Adoptio, vt adoptatum jungat & copulet adoptanti solo affi- vnde dicta.* Etū, ita vt non iungat & copulet per naturam; vt etiam ipsa vox insinuat. *Adoptio enim dicitur a de- siderio*, quo quis alterum, quem sibi naturaliter coniunctum habere nequit, per affectum loco Filiij habet. Vnde si affectus est ita potens, vt recipia communicaret naturam adoptantis alteri, non est *adoption*, sed quasi generatio Filiij. Hanc rationem apertè insinuat libellus, qui inscribitur *Sacra- filibus columnæ septima*, editus à Patribus Cöci- lii Francfurdiensi, & cōiunctus eidem Concilio.

Dices Primo, Christus, quā Homo, non est Filius Dei naturalis: ergo *adoptivus.* Antecedens Probatur; Quia Christus, quā homo, non est Deus: ergo non est Filius Dei naturalis: nam hic intrin- seca est Deus.

Obiectio.

Répon-

Solutio

*Quomodo
Christus,
vt homo,
sit, vel non
sit, Filius
Dei natu-
ralis.*

Respondeo; Distinguendo Antecedens: Si enim *Filius naturalis* dicatur, cui esse paternum communicatur per naturalem generationem; sic Christus, vt homo, non est *Filius Dei naturalis*, sed vt Deus: Si autem dicatur *Filius naturalis*, cui quoquis modo esse paternum communicatum est *substantialiter*, ita vt *substantialiter* maneat *unitum*; sic Christus, vt homo, est *Filius Dei naturalis*, quia esse diuinum *communicatum est humanitati substantialiter*, ratione cuius communicationis hic homo habet ius ad omnia bona paterna: *Adoptione* autem excludit communicationem realem naturæ *Adoptantis*. Ad probationem Antecedentis, Respondeo; Et si Christus, vt Homo, non sit Deus; tamen, vt Homo, est *Filius Dei naturalis*, non *Filiatione aeternâ*, sed *temporali*, resultante in humana natura ex *vniione hypostatica*, seu ex communicatione illa diuinitatis, quæ sit per *hypostaticam vniōnem*. Est autem hæc *filiatio naturalis*, quia prouenit ex *naturali*, seu *substantiali vniōne diuinitatis cum natura humana*: non tamen est *relatio realis*; sed *moralis quedam dignitas*, fundata in natura diuina sic *communicata*, & resultans in natura humana, & per eam denominans ipsum *Verbum*, quatenus est homo. Hinc patet discriben inter hanc *filiationem*, & *adoptiūm*: Nam hæc immediate fundatur in diuina natura sic *communicata* humanitati; illa in participatione *creata*, quæ est *radius quidam diuinitatis*, non ipsa diuinitas: quod sit, vt infinita sit inter has distantia.

2. Obiectio

Solutio

*Cur Gra-
tia habitualis
non fer-
nit Christum
filium ad-
optiūm
Dei, vt fa-
cit in nobis*

Dices Secundò; *Gratia habitualis erat in Christo*, & dabant illi ius ad celestem hereditatem: ergo faciebat ipsum *Filius Dei* *adoptiūm*. Consequens Probatur; Quia hac ratione constituit nos *Filios Dei* *adoptiūs*. Respondeo; *Gratia habitualis non faciebat ipsum Filium Dei naturalem*, cùm non communicearet illi paternam naturam *substantialiter*: nec etiam *adoptiūm* faciebat; quia ratio *Filius adoptiūm* postulat, vt sit *extraneus*, & talis maneat, soloque affectu sit filius: vnde includit negationem realis vniōnis cum parente.

Deinde hæc *gratia habitualis* supponebat in ipso *filiationem naturalem* priorem; ex hac enim tamquam proprietas debita sequebatur. At illa *communicatio*, quæ facit *Filiū*, prima est & *principalis*, vnde cetera manant. Confirmatur: Quia idcirco, qui est filius tuus per naturam, non po-

test fieri filius per adoptionem: quia per illum a. etum adoptionis non daretur illi prima communicationis; iam enim præcessit naturalis. Vnde etiam si donum gratiae in nobis, faciat nos filios ad optionem, non tamen in Christo.

Dices Tertiò; *Christus, vt homo, est Filius totius Trinitatis*; non naturalis: ergo *adoptiūs*. Quod non naturalis; Probatur: quia alioquin est *Filius naturalis suipius*, & *Spiritus Sancti*: quod est contra Concilium Tolaternum X I. in confessione fidei.

Respondeo; Concedo Christum, quæ homo, *Solutio*, esse filium naturalem totius Trinitatis, scilicet filiatione temporali, quam habet ratione communicationis diuinæ naturæ factæ in Incarnatione: *Christus, vt homo,* vt exp̄s̄ docet Adrianus in dicta Epistola, diu potest dici *Filius na-
turalis*, non ad Patrem sed ad totam Trinitatem re-*tinus SS.* ferri; & similiter illud Ioan. 20. v. 17. *Adscendo Trinitati,
ad Patrem meum & Patrem vestrum*. Quamuis profint hæc valde benè de prima persona diuinitatis & de *filiatione aeterna* intelligi; vt plerique Patres intelligunt. Verū Adriani quoque interpretatione bona est. Hinc tamen non sequitur, ipsum *An. &
est dicendum filium sui; quia sic absolute signifi-
catur distinctio suppositi: sed addenda est de-
terminatio, quæ illum sensum corrigat: v.g. Chri-
stus, vt homo, est *Filius Verbi, vel sui, quæ Deus est: filius sui,*
sic, Verbum est Deus, & est pater Christi, vt ho-
minis. Similiter non est dicendum sine explicatio-
nione, quod Christus, quæ homo, sit *Filius Spiritus San-
cti*: idque ab alijs causam, scilicet ne videatur significari Spiritum sanctum, officium paternum in formanda humanitate, presulstite; non enim formavit vt pater, sed vt creator. Et idem Conc. Toletanum undecimum loco cit. & Augustinus cap. 38. Enchiridij negant I E s v m dici posse *Filiū Spiritus sancti*, quamvis alio sensu, iuxta suprà dicta possit admitti.*

Dices Quartò; *Christus, vt homo, est creatus*. *Obiectio*, *ergo Filius adoptiūs*. Respondeo Negando *Solutio*, *Consequens*: quia *Filius adoptiūs* excludit *filius, vt ho-
minis*, *creatura*, *ratio creaturae* *eam excludit*.

Dices Quintò; *Si Spiritus sanctus fieret homo, est Filius Dei*; non naturalis: ergo *adoptiūs*. *Obiectio*, *Respondeo*; est *Filius naturalis*, non *aeternā ge-
neratione*, sed *communicatione diuinitatis per vniōnem hypostaticam cum humana natura*.

Q V A E S T I O X X I V .

De Prædestinatione Christi.

In Quatuor Articulos diuisa.

ARTICVLVS I.

Vtrum Christo conueniat esse prædestinatum?

*Conclusio
est affir-
mans.*

R Epondet; Christus verè & propriè est prædestinatus. Ratio est; Quia vno naturarum in Christo cadit sub aeternam Dei prædestinationem. Atqui Christus significat hoc com-

positum constans vniōne naturæ humanae cum diuina persona: ergo est prædestinatus: eadem enim prædestinatione prædestinatur caussa formalis vel quasi formalis, & effectus eius: atqui Christus est veluti effectus formalis vniōnis: ergo &c.

Dices Primò; Id quod est aeternum, non prædestinatur: Christus est aeternus: ergo &c.

Respondeo; Id, quod est aeternum, quæ parte aeternū, non prædestinatur; vt recte Augustinus tract. 105.